SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA

Italien (?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.L.

statu venerint cum se super delicata cibaria sumi dederunt
proprio posse incurrerunt qui postea exulati et ad
tenuem mensam redacti curati sunt. Nam et apud
Ravennam olim rusticus quidam ad regnum est sub-
limatus qui cibis multis et delicatis intendens
graviter infirmatus est cumque nullo posset me-
dicorum auxilio relevari astitit ei quidam peritissi-
mus medicorum qui dicens si curari desideras ad vi-
tam cui assuevisti ab infancia redeas. Qui cum
ille ad tenuem mensam redisset perfecte curatus
est. Nam et Leo cum se cibo gravatum sentit ad fau-
ces eum reducit et eicit propter quod et medicina docet
homines vivere si volunt illas infirmitates effugere,
quas generari constat ex superfluitate. Dum igitur
per moderatum cibum sanitas conservatur et egri-
tudo expellitur per consequens vita prolongatur quia
nullus absque infirmitate moritur quare dum
causa mortis removetur mortis terminus confirma-
tur. Unde narratur in historia Alexandri quod
ipse venit ad quandam patriam ubi quia homines parce
vivebant tempore valde longo vivebant. De religiosis
etiam iudeorum hoc idem dicitur. Quod quia parcissimi
victus erant usque quasi ad decrepitam senectutem
iam vivebant. propter quod dixerunt philosophi cibos inventos
fuisse ad vitam conservandam non corrumpendam
Et quia venter pinguis grossis sensibus gignit. Et
ideo ut vitam protelarent et culmen sciencie at-
tingerent magna se lege continencie mense me-
acebant. Nam et Gymnosophiste egipciorum philosophi tan-
tum leguminibus crudis et pomis utebantur in cibum
Et si tanti potuit esse vitrum quanti debet existere mar-
garitum. Si tales sunt plumbum quales sunt argentum de-
bet esse. Si tanti auricalcum quanti existere debet ar-
gentum aurum. id est hoc fecere pagani amore temporalis
vite quid deberent facere christiani amore feli-
citatis eterne. Item verius ex ordine iusticie placatum